

quidem mentio est facta, omni statu religionis ad unicam normam P. R. et P. Westphalicae relato.

Etsi enim ipsius codicilli reversales, institutaque Patriae anteriora, inter Duces A. C. Ordinesque solenniter transacta, Instrumento P. W. neutiquam adversantur, eaque propter ab Imperatore Carolo VII., suffragante Senatu Imp. aulico, solenniter confirmati sunt: (cit. §. 187. n. b.) plura tamen, quae in hoc ipso I. P. W. sive haud omnimodo definita, sive in medio relictæ erant, in istis literis reversalibus luculentius explanata, ad statumque Patriae magis accommodata sunt, quae Duces R. C. eo magis obligant, quod ejusmodi pacta conventaque cum Ordinibus in ipso I. P. W. Art. V. §. 31. et 33. et Art. VII. §. 1. pridem corroborata sunt, omneque exercitium alterius religionis jam in pacto Pragensi 1599. interdictum est. Proin Dux Carolus Alexander in iisdem codicillis, quorum primus d. 28. Nov. 1729. sua ipsius manu Belgradi integre perscriptus erat, optimo jure pollicitus est, principiis Evangelicorum, ipsorumque interpretationi respectu status religionis se suosque posteros semper esse staturos.

Quamvis autem ipsius testamentum forma legis publicae ac fundamentalis haud

Y y 5

in-